Κεφ. ιεον ισ.

ΤΟ ποιὸν λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ἡ διαφορὰ τῆς οὐσίας· οἷον ποιόν τι ἄνθρωπος ζῶον, ὅτι δίπουν, ἵππος δὲ τετράπουν· καὶ κύκλος ποιόν τι σχῆμα, ὅτι ἀγώνιον, ὡς τῆς διαφορᾶς τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ποιότητος οὔσης. ἕνα μὲν δὴ τρόπον τοῦτον λέγεται ἡ ποιότης διαφορὰ οὐσίας· ἕνα δὲ ὡς τὰ ἀκίνητα, καὶ τὰ μαθηματικά, ὥσπερ οἱ ἀριθμοὶ ποιοί τινες· οἷοι οἱ σύνθετοι, καὶ μὴ μόνον ἐφ' ἓν ὄντες, ἀλλ' ὧν μίμημα τὸ ὀλίγον καὶ τὸ στερεόν· ἔτι δ' εἰσὶν οἱ ποσόν τινες, ποσοὶ, οἱ ποσοὶ ποσόν τινες, καὶ ὅλως ὁ παρὰ τὸ ποσὸν ὑπάρχων τῇ οὐσίᾳ· οὐσία γὰρ ἑκάστου τὸ ἅπαξ· οἷον τοῦ ἐξ, οὐχ ὁ δὶς ἢ τρὶς εἶναι, ἀλλὰ ὁ ἅπαξ· ἓξ γὰρ ἅπαξ ἕξ· ἔτι ὅσα πάθη τοῦ κινουμένων οὐσιῶν· οἷον, θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ λευκότης καὶ μελανία, καὶ βαρύτης καὶ κουφότης, καὶ ὅσα τοιαῦτα καθ' ἃ λέγονται καὶ ἀλλοιοῦσθαι τὰ σώματα μεταβαλλόντων. ἔτι κατὰ ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ ὅλως τὸ κακὸν καὶ ἀγαθόν· χρῆσθαι γὰρ δὴ κατὰ δύο τρόπους λέγεται· αὐτὸ τὸ ποιόν, καὶ τούτων ἕνα τὸν κυριώτατον. τοιοῦτο μὲν γὰρ ποιότης, ἡ τῆς οὐσίας διαφορά. τοιαῦτα δὲ τὰ καὶ ἡ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ποιότης μέρος. διαφορὰ γάρ τις οὐσιῶν, ἢ μὴ κινουμένων, ἢ οὐχ ἧ κινουμένων. τὰ δὲ πάθη τοῦ κινουμένων ἢ κινούμενα, καὶ αἱ κινήσεων διαφοραί. ἀρετὴ δὲ καὶ κακία τοῦ παθημάτων μέρος τί. διαφορὰς γὰρ δηλοῦσι τῆς κινήσεως καὶ τῆς ἐνεργείας, καθ' ἃς ποιοῦσιν ἢ πάσχουσι καλῶς ἢ φαύλως τὰ ἐν τῇ κινήσει ὄντα. τὸ μὲν γὰρ ὧδι δεῖ κινούμενον κινεῖσθαι ἢ ἐνεργεῖν, ἀγαθόν· τὸ δ' ὧδι καὶ ἐναντίως, μοχθηρόν. μάλιστα δὴ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, σημαίνει τὸ ποιὸν ὅθι τοῦ ἐμψύχων, καὶ τούτων μάλιστα ὅθι τοῖς ἕξεσι προαίρεσιν.

Κεφάλαιον ιε.

ΠΡός τι λέγεται, τὰ μὲν ὡς διπλάσιον πρὸς τὸ ἥμισυ, καὶ τριπλάσιον πρὸς τὸ τριημόριον, καὶ ὅλως πολλαπλάσιον πρὸς τὸ πολλοστημόριον, καὶ ὑπερέχον πρὸς ὑπερεχόμενον. τὰ δ' ὡς θερμαντικὸν πρὸς θερμαντὸν, καὶ τμητικὸν πρὸς τμητὸν, καὶ ὅλως τὸ ποιητικὸν πρὸς τὸ παθητικόν. τὰ δ' ὡς τὸ μέτρον πρὸς τὸ μέτρον, καὶ τὸ ὀπτικὸν πρὸς ὀπτικόν, καὶ αἰσθητὸν πρὸς αἴσθησιν. λέγεται δὲ τὰ μὲν πρός τι κατ' ἀριθμὸν, ἢ ἁπλῶς,

A CAPVT XIIII.

QVale dicitur vno modo differentia substantiæ: vtputa, quale animal homo, quoniam bipes: equus verò, quadrupes: & circulus qualis quædam figura: quoniam absque angulis est, tanquam differentia, quæ secundum substantiam qualitas sit. Vno itaque modo, qualitas dicitur substantiæ differentia. Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri, quales B quidam sunt, vt qui compositi, & non solùm qui ad vnum sunt, sed ij, quorum imitatio superficies, & solidum. Hi autem sunt, qui quoties quanti, aut quoties quanti quoties, & omnino quod in substantia, præter quantum existit. Substantia namque cuiusque est, quod semel, vtputa ipsorum sex non qui bis, vel ter, sed qui semel. Sex enim semel, sex sunt. Item quæcunque substantiarum, quæ mouentur, passiones: vt caliditas & frigiditas, albedo C & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque similia, secundum quæ dicuntur alterari corpora, ipsis mutatis. Item, secundum virtutem & malitiam, & omnino bonum, & malum. Ferè itaque secundum duos modos dici possit ipsum quale, & horum vnum maximè proprium. Prima etenim qualitas, substantiæ differentia est: huius autem pars, & quæ in numeris qualitas D est. Etenim differentia quædam substantiarum est, sed non aut eorum, quæ mouentur, aut non prout mouentur: hæc autem, passiones eorum, quæ mouentur, prout mouentur sunt, & motuum differentię. Virtus autem, & malitia, passionum quædam partes sunt. Differentias enim motus, & actionis quasdam manifestant, secundum quas bene vel malè agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu sunt. Quod E enim hoc modo potest moueri, aut agere, bonum: quod verò illo modo, & contrario, malum. Maximè autem bonum & malum significant qualitatem in illis, quæ animata sunt, & illis, maximè, quæ habent electionem.

CAPVT XV.

AD aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partē: simpliciter multiplex, ad multiplicati partem: & excedēs ad excessum. F Quædam, vt calefactiuū ad calefactibile, & sectiuum ad secabile: & simpliciter, actiuum ad passiuum. Quędam, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad sciētiam, & sensibile ad sensum. Dicuntur autē prima quidem secundū numerū, aut simpliciter,